



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Dominica gloriosæ Resurrectionis D. N. J. C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

56 Dominica Resurrectionis Dom.  
ria. Filius non est Mariæ , qui matris  
obliviscitur dolorosæ.

III.

**S**Epultus est Jesus. Ubi ? *in monu-  
mento novo.* Etiam post mortem  
Redemptor puritatem quærerit, & diligit.  
Sepulchrum Christi cor nostrum est.  
O quoties in eo non sepelitur sacramen-  
taliter ! caveamus fili ! ne quid de homi-  
ne antiquo inveniat. Quæ enim Socie-  
tas Christi cum Belial ?

*Instrucción meritoria.*

Maria largietur puritatem , sed rogata.  
Recitemus igitur officium minus de Im-  
maculata Conceptione cum quinque  
Psalmis in honorem Mariani Nominis à  
S. Joscione recitari solitis. Maria dat  
omnibus abundanter. Tu teipsum non  
negligas in acceptaedo.

Dominica Gloriosæ Resurre-  
ctionis D. N. J. C.

EXHORTATIUNCULA I.

**F**illi ! liceat præ gaudio interrogare :  
O Mors ! ubi est victoria tua ? Jesus  
resurrexit : Eductis è limbo Patribus  
victor



victor è sepulchro exivit. Io ô fili ! jacet ad pedes dæmon ! contritus est astutus serpens ! sepultum ululat infelix peccatum. Accurramus igitur , applaudamus triumphatori. Demus locum Jesu. Hujus sanguine empti sumus.

*Instructio meritoria.*

Ne haustus in quadragesima dissipetur spiritus , & nostra tam sanctè operibus pœnitentiæ exculta maculetur vita, hodie recollectionem adhuc continuemus mentis , fugientes publicum , & cum solo Jesu agentes , recitemus *Cursum Marianum* cum *Te Deum Laudamus*. Gloriari oportet in Resurrectione Domini ! procul cum sensuum dissolutione.

II.

**C**hristus resurrexit. O magnum patientiæ nostræ fundamentum ! frangant ergò corpus jejunia ! labores gravent ! frigus incurvet ! deficiat in dolore vita mea , & anni mei in gemitibus ! patiar omne , in mortali corpore , non durabunt dolores : Resurget splendi-

C 5 dum

58 Dominica Resurrectionis Dom.  
dum, & immortale. S. August. O mer-  
cedem patientiae!

*Instructio meritoria.*

Ad modum diurnæ tesseræ sæpius per  
diem repetamus verba S. Jobi : *Scio,*  
*quod Redemptor meus vivit, & in no-*  
*vissimo die surrecturus sum.* Ut autem  
feliciter, Rosarium de quinque Myste-  
riis gloriosis offeramus cum gemitu:  
*Domine! quando venies? aut compare-*  
*bo ante faciem Dei mei?*

III.

**S**i consurrexisti cum Christo, clamat  
Paulus, quæ sursum sunt, querite;  
ubi Christus est, in dextera Dei sedens.  
Fili! quid ad hæc nostra proposita? sur-  
rexit, ut nobis sedem in cœlo pararet  
gloriæ. Attendamus, ne morum dis-  
solutione perdamus. Ubi Jesus, ibi sit  
& pia anima.

*Instructio meritoria.*

Vivamus igitur in gaudio spirituali, &  
ter visitantes Sanctissimum Altaris Sa-  
cramentum in honorem quinque Vul-  
nerum Jesu jamjam glorificatorum *de-*  
*cem Pater & Ave cum totidem Gloria*  
*Patri*

Patri &c. oremus. Audeat amor ma-  
jora, si generosus est!

## Feria II. Paschalis.

## EXHORTATIUNCULA I.

**S**urrexit Dominus verè. Sic credimus? fili! nam qui surgit, & iterùm cadit, non verè surrexit. Surgere igitur, & denuò cadere, est quasi non surgere, imò deterius est, quām non surgere. Attendant proin, ne in mala, de quibus per S. Quadragesimam heroicè surrexit, reincidat in futurum. Relapsus provocat Deum.

## Instrucción meritoria.

**E**cce! sanus factus es! jam noli pecare. Linguæ per diem hodiernam sollicitè invigilemus, ne tempore conversationis deficiat in verba malitiæ. Pro perseverantia omnium justorum tres primas Decades ex Rosario Glorioso cum 12. osculis terræ persolvamus. A terra discat tacere lingua.

## II.

**N**olunt duo discipuli euntes in Emmaus dimittere Dominum, rogantes,

C 6

mane

